
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Cum haec particula operis velut formam propositi excesserit, quamquam
2 intellego mihi in hac tam praecipiti festinatione, quae me rotae pronis
3 gurgitis modo nusquam patitur consistere, paene magis necessaria prae-
4 tereunda quam supervacanea amplectenda, nequeo tamen temperare mihi,
5 quin rem saepe agitatam animo meo neque ad liquidum ratione perductam
6 signem stilo. quis enim abunde¹ mirari potest, quod eminentissima cuius-
7 que professionis ingenia in eandem formam et in idem artati temporis
8 congruere spatium una neque multorum annorum spatio divisa aetas
9 per divini spiritus viros Aeschylum Sophoclen Euripiden inlustravit
10 tragoediam ...
11 Neque hoc in Graecis quam in Romanis evenit magis. nam nisi aspera ac
12 rudia repetas et inventi laudanda nomine, in Accio circaque eum Romana
13 tragoedia est. ...historicos etiam, ut Livium quoque priorum aetati
14 adstruas, praeter Catonem et quosdam veteres et obscuros minus octoginta
15 annis circumdatum aevum tulit. ... at oratio ac vis forensis perfectum-
16 que prosae eloquentiae decus, ut idem separetur Cato, ... ita universa
17 sub principe operis sui erupit Tullio, ut delectari ante eum paucissi-
18 mis, mirari vero neminem possis nisi aut ab illo visum aut qui illum
19 viderit. ...
20 huius ergo ... ingeniorum similitudinis congregantis se et in studium
21 par et in emolumentum causas cum saepe requiro, numquam reperio quas
22 esse veras confidam, sed fortasse veri similes, inter quas has maxime.
23 alit aemulatio ingenia, et nunc invidia, nunc admiratio imitationem
24 accendit, naturaque quod summo studio petitum est, ascendit in summum
25 difficilisque in perfecto mora est, naturaliterque quod procedere non
26 potest, recedit. et ut primo ad consequendos quos priores ducimus
27 accendimur, ita ubi aut praeteriri aut aequari eos posse desperavimus,
28 studium cum spe senescit, et quod adsequi non potest, sequi desinit et
29 velut occupatam relinquens materiam quaerit novam, praeteritoque eo,
30 in quo eminere non possumus, aliquid in quo nitamur conquirimus, sequi-
31 turque ut frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedi-
32 mentum sit.

¹ **abunde** vgl. **abundare**

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Lassen Inhalt und Stil einen Terminus post quem für das Geschichtswerk, aus dem diese Passage stammt, und seinen Charakter zu? Wer mag der Autor sein?
2. Charakterisieren Sie die Hauptthese des Verfassers und bestätigen oder widerlegen Sie sie möglichst durch weitere Beispiele aus der römischen Literatur!
3. Erklären sie den Satz (Z.16) **ut idem separetur Cato** inhaltlich näher!
4. Können Sie für (Z.18/19) **aut ab illo visum aut qui illum viderit** Beispiele nennen?